



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Quæ virtutes iustitiæ annectantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

modo sit sermo. con-
stat inter contradicto-
ria esse maiorem di-
stantiam, quia minus
conueniunt, ut argue-
do dicitur. Sed primo mo-
do maior est distantia
contrariorum, quam
contradictoriorum.

Et ratio est, quia con-
trariorum distantia
vtriusque quantifica-
tur: nam vtrumque
extremum est posi-
tium, & ponit ali-
quantam sui distan-
tiam. In contradicto-
rijs vero ex vno tm
membro quantitas di-
stantiae est. Tm. n. di-
stans album a non al-
bo, quantum entita-
tem ponit album, &
non plus: quia non al-
bum nullam distan-
tiam ponit. Et propte-
rea auctor optime
hoc probauit ex illa
ratione, quia. f. distan-
tia contrariorum con-
rinet in se distantiam
contradictoriorum, &
addit supra illa: hoc
.n. significant illa ver-
ba. Omne. n. nigrum
est non album, & no
econtra, ac si diceret.
Nigrum includit di-
stantiam albi a non
albo, quia omne ni-
grum est non album,
& vltra hoc includit
distantiam, quam po-
nit ipsum nigrum ab
albo. ergo est maior,
cum non sit contra,
scilicet, quod omne
non album sit nigrum.
Et quod obijciendo
dicitur, quod non al-
bum extendit se ad
tot, nihil obstat: quia
hoc est per accidens,
seu materialiter. For-
maliter namque lo-
quendo, non album,
neque nigrum, neque
aliud genus infert, &
stat cum minori di-
stantia positina, puta,
cum pallido, & alijs
medijs coloribus.

Mo. m. 47. ad
Pop. Antio-
ch. to. 5.

Lib. 10. secto
13. & 14. to-
mo 3.

damni, f. carentia visionis di-
uina, quae debetur peccato omis-
sionis, q̄ pena sensus, quae debet
peccato transgressionis, vt patet
per * Chrysostr. super Matth. sed
pena proportionatur culpa. ergo
gravius est peccatum omis-
sionis, quam transgressionis.

SED CONTRA est, quod faci-
lius est abstinere a malo facien-
do, quam implere bonum. ergo
gravius peccat, qui non abstinet
a malo faciendo, quod est trans-
gredi, quam qui non implet bo-
num, quod est omittere.

RESPON. Dicendum, q̄ pecca-
tum intantum est graue, inquan-
tum a virtute distat. Contrarietas
autem est maxima distantia, ut dicitur in
10. * Metaph. Vnde contrarium
magis distat a suo contrario, q̄ sim-
plex eius negatio: sicut nigrum
plus distat ab albo, q̄ simpliciter
non album. Omne. n. nigrum est
non album: sed non conuertitur.
Manifestum est autem quod trans-
gressio contrariatur actui virtu-
tis: omisio autem importat negatio-
nem ipsius: puta, peccatum omis-
sionis est, si quis debitam reueren-
tiam parentibus non exhibeat:
peccatum autem transgressionis,
si contumeliam, uel quancumq;
iniuriam eis inferat. Vnde mani-
festum est, q̄ simpliciter, & abso-
lute loquendo, transgressio est
gravius peccatum, quam omis-
sio, licet aliqua omisio possit ef-
se grauior aliqua transgressionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄
delictum cõiter sumptum signi-
ficat quamcunque omisionem.
Quandoq; tamen stricte accipi-
tur pro eo, q̄ omittitur aliquid
de his quae pertinent ad Deum,
vel quando sciẽter, & quasi cum
quodam cõtemptu derelinquit
homo id quod facere debet: &
sic habet quandam grauitatem,
ratione cuius maiori expiatione
indiget.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ ei
quod est bonum facere, opponitur & non facere
bonum, quod est omittere, & facere malum, quod
est transgredi: sed primũ contradictoria, secundum
contraria, quod importat maiorem distantiam, &
ideo transgressio est grauius peccatum.

AD TERTIUM dicendum, q̄ sicut omisio opponitur
praeceptis affirmatiuis, ita transgressio opponitur
praeceptis negatiuis: & ideo vtrumque si proprie ac-
cipiatur, importat rōnem peccati mortalis. Potest
autem large dici transgressio, uel omisio, ex eo q̄
aliquid sit praeter praepcepta affirmatiua, uel negatiua,
disponens ad oppositum ipsorum. Et sic vtrumque
large accipiendo, potest esse peccatum veniale.

AD QVARTUM dicendum, q̄ peccato transgressio-
nis m̄det & pena damni propter auersionẽ a Deo,
& pena sensus propter inordinatam cõuersionẽ ad
bonum cõmutabile. Similiter etiam omisio non

folium debetur pena damni, sed
etiam pena sensus, secundum il-
lud Matth. 7. Omnis arbor quae
non facit fructum bonum, cici-
detur, & in ignem mittetur. Et
hoc propter radicem, ex qua pro-
cedit, licet non habeat ex neces-
sitate actualem cõuersionem ad
aliquid bonum commutabile.

QVAESTIO LXXX.

De partibus potentialibus iustitiae in
duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum
est de partibus potẽ-
tialibus iustitiae, id est, de
virtutibus ei annexis.

ET CIRCA hoc duo sunt con-
sideranda.
¶ Primo quidem, quae virtutes
iustitiae annexantur.
¶ Secundo, considerandum est
de singulis virtutibus iustitiae an-
nexis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Virum conuenienter assignentur vir-
tutes iustitiae annexae.

AD PRIMUM sic proceditur.
Videtur, q̄ inconuenienter
assignentur virtutes iustitiae an-
nexae. * Tullius enim enumerat
sex, scilicet, religionẽ, pietatem,
gratiam, vindicationem, obier-
uantiam, ueritatem: uindictio
autem uidetur species esse com-
mutatiuae iustitiae, in quam illa-
tis iniurijs uindicta rependitur,
ut ex supra ¶ dictis patet. non
ergo debet poni inter uirtutes ius-
titiae annexas.

¶ 2. Præ. * Macrobius super
somnia Scipionis ponit septem,
scilicet, innocentiam, amicitiam,
concordiam, pietatem, religio-
nem, affectum, humanitatẽ, que-
rum plures a Tullio praetermit-
tuntur. ergo uidetur insufficien-
ter enumeratas esse uirtutes ius-
titiae adiunctas.

¶ 3. Præ. A quibusdam alijs po-
nuntur quinque partes iustitiae,
scilicet, obedientia respectu supe-
rioris, disciplina respectu inie-
rioris, aequitas respectu aequi-
lium, fides, & ueritas respectu
omnium, de quibus a ¶ Tullio
non ponitur nisi ueritas. ergo ui-
detur insufficien-ter enumeratas
uirtutes iustitiae annexas.

¶ 4. Præ. Andronicus Peripatet-
icus ponit nouem partes iustitiae
annexas, scilicet, liberalitatem, ben-
gnitatem, uindictiuam, cogni-

moſinam, euſebiam, euchariftiam, ſanctitatem, bonam commutationē, legiſpoſitiuā, ex quibus etiā * Tullius manifeſte nō ponit niſi iudicatiuam. ergo uidetur inſufficienter enumerare. Et præſertim præſertim in ſe. Ethicor. ponit epicheiam iuſtitie adiunctam, de qua in nulla præmiſſarum aſi gnationum uidetur mentio eſſe facta. ergo inſufficienter ſunt enumeratæ uirtutes iuſtitie annexæ. **Reſponſum.** Dicendum, q̄ in uirtutibus, quæ adiunguntur alicui principali uirtuti, duo ſunt conſideranda. Primo quidem, quod uirtutes illæ in aliquo cum principali uirtute conueniant: ſecundo, quod in aliquo deficient a perfectâ ratione ipſius. Quia uero iuſtitia ad alterum eſt, ut ex ſupra * dictis patet, omnes uirtutes quæ ad alterum ſunt, poſſunt ratione conuenienti iuſtitie annexæ. Ratio uero iuſtitie conſiſtit in hoc, quod alteri reddat, quod ei debetur ſecundum æqualitatem, ut ex ſupra * dictis patet. Dupliciter ergo aliqua uirtus ad alterum exiſtens, à ratione iuſtitie deficit. Vno quidem modo, in quantum deficit à ratione æqualis: alio modo in quantum deficit à ratione debiti. Sunt quædam quædam uirtutes, quæ debitum quidem alteri reddunt, ſed non poſſunt reddere æquale. Et primo quidem quicquid ab homine Deo reddat, debitum eſt, non tamen poteſt eſſe æquale, ut ſcilicet tantum homo ei reddat, quantum debet, ſecundum illud Pſalm. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et ſecundum hoc adiungitur iuſtitie religio, quæ ut dicit * Tullius, ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinitatem uocant, curam ceremoniarumque aſſert. Secundo, parentibus non poteſt ſecundum æqualitatem recompenſari, quod eis debetur, ut patet per Philoſoph. in 8. ¶ Ethicor. Et ſic adiungitur iuſtitie pietas, per quam, ut ¶ Tullius dicit, ſanguine iunctis patriæque beneuolis, officium, & diligens tribuitur cultus. Tertio, non poteſt ſecundum æqualitatem recompenſari ab homine uirtus, ut patet per Philoſoph. in 4. ¶ Ethicor. Et ſic adiungitur iuſtitie obſeruantia, per quam ut * Tullius dicit, homines aliqua dignitate antecedites quodam cultu, & honore dignantur. A ratione uero debiti iuſtitie, defectus poteſt attendi ſecundum quod eſt duplex debitum ſcilicet morale, & legale. Vnde & Philoſoph. in 8. ¶ Ethicor. ſecundum hoc duplex iuſtum aſſignat. Debitum quidem legale eſt, ad quod reddendum aliquis lege aſtringitur: & tale debitum proprie attendit iuſtitia, quæ eſt principalis uirtus. Debitum autem morale eſt, quod aliquis debet ex honeſtate uirtutis. Et quia debitum neceſſitatem importat, ideo tale debitum habet duplicem gradum. Quoddam enim eſt ſic neceſſarium, ut ſine eo honeſtas morum conſeruari non poſſit: & hoc habet plus de ratione debiti. Et poteſt hoc debitum attendi ex parte ipſius debentis: & ſic ad hoc debitum pertinet, quod homo talem ſe exhibeat alteri in uerbis, & in factis, qualis eſt. Et ita adiungitur iuſtitie ueritas, per quam, ut * Tullius dicit, immutata ſunt ea, quæ aut fuerunt, aut futura ſunt. Poteſt etiam attendi ex parte eius cui debetur, prout ſcilicet aliquis recompenſat alicui ſecundum ea, quæ fecit. Quandoque quidem in bonis, & ſic adiungitur iuſtitie gratia, in qua, ut * Tullius dicit, amicitiarum, & officiorum alterius memoria, remunerandi uoluntas continetur alterius. Quandoque autem in malis, & ſic adiungitur iuſtitie uindicta, per quam, ut ¶ Tullius dicit, uis, aut iniuria, & omnino quicquid obſcurum eſt, defendendo, aut ulciſcendo propulſatur. Aliud

verò debitum eſt neceſſarium, ſicut cōferens ad maiorem honeſtatem, ſine quo tamen honeſtas conſeruari poteſt: quod quidem debitum attendit liberalitas, affabilitas, ſiue amicitia, aut alia huiuſmodi, quæ * Tullius prætermittit in prædicta ¶ enumeratione, quia parum habent de ratione debiti. **Ad primum** ergo dicendum, quod uindicta, quæ ſit autoritate publica poteſtatis ſecundum ſententiam iudicis, pertinet ad iuſtitiam commutatiuā: ſed uindicta, quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam quis à iudice requirit, pertinet ad uirtutem iuſtitie adiunctam. **Ad ſecundum** dicendum, quod * Macrobius uidetur attendiſſe ad duas partes integrales iuſtitie, ſcilicet declinare à malo, ad quod pertinet innocentia: & facere bonum, ad quod pertinent ſex alia, quorum duo uidentur pertinere ad æquales, ſcilicet amicitia in exteriori conuiſu, & cōcordia interioris. Duo uero ad ſuperiores, ſcilicet pietas ad parentes, & religio ad Deum. Duo uero ad inferiores, ſcilicet affectus, in quantum placent bona eorum, & humanitas, per quam ſubuenitur eorum defectibus, dicit enim * Iſidor. in lib. Etymo. quod humanus dicitur aliquis, quia habet circa hominem amorem, & miſerationis affectum: unde humanitas dicta eſt, quia nos inuicem tuemur. Et ſecundum hoc amicitia ſumitur, prout ordinat exteriori conuiſum, ſicut de ea Philoſoph. tractat in 4. * Ethic. Poteſt etiam amicitia ſumi ſecundum quod proprie reſpicit affectum, prout determinatur à Philoſopho in 8. & 9. ¶ Ethicor. Et ſic ad amicitiam pertinent tria, ſcilicet beneuolentia, quæ hic dicuntur affectus, & concordia, & beneficentia, quæ hic uocatur humanitas. Hæc autem Tullius prætermiſit, quia parum habent de ratione debiti, ut * dictum eſt. **Ad tertium** dicendum, quod obedientia includitur in obſeruantia, quam * Tullius ponit. Nam præcellentibus perſonis debetur & reuerentia honoris, & obedientia. Fides autem per quam ſunt dicta, includitur in ueritate quantum ad obſeruantiam promiſſorum. Veritas autem in plus ſe habet, ut infra * patebit: diſciplina autem non debetur ex debito neceſſitatis, quia inferiori non eſt aliquis obligatus, in quantum eſt inferior. Poteſt tamen aliquis ſuperior obligari, ut inferioribus provideat, ſecundum illud Matth. 24. Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuā: & ideo à * Tullio prætermittitur. Poteſt autem contineri ſub humanitate, quam Macrobius ponit. Acquiras uero ſub epicheia, vel amicitia. **Ad quartum** dicendum, quod in illa enumeratione ponuntur quædam pertinentia ad particularem iuſtitiam: quædam autem ad legalem. Ad particularem quidem bona commutatio, de qua dicit, quod eſt habitus in commutationibus æqualitatem cuſtodiens. Ad legalem autem iuſtitiam quantum ad ea, quæ communiter ſunt obſeruanda, ponitur legiſpoſitiua, quæ ut ipſe dicit, eſt ſcientia commutationum politicarum ad communitatem relatarum. Quantum uero ad ea, quæ quandoque particulariter agenda occurrunt præter communes leges, ponitur eugnomoſina, quaſi bona gnomo, quæ eſt in talibus directiua, ut ſupra * habitum eſt in tractatu de prudentia: & ideo dicit de ea, quod eſt uoluntaria iuſtificatio, quia ſcilicet ex proprio arbitrio id, quod iuſtum eſt, homo ſecundum eam ſeruat, non ſecundum legem ſcriptam. Attribuuntur autem hæc duo prudentiæ ſecundum directionem iuſtitie, non ſecundum executionem.

Loco citato in argu. i. in arg. i.

Loco iam citato in arg.

lib. 10. ca. 9. incipit, humanitas, ceterum princip.

lib. 4. cap. 6. tom. 6.

lib. 8. & 9. Ethic. per totum, tom. 5.

In corp. ar.

Loco citato in argu. i.

q. 109. art. 2.

Locis in argu. i. & a. c. 6. catis.

q. 51. ar. 4.



nem. Eusebia uerò dicitur, quasi bonus cultus, unde est idem quod religio: ideo de ea dicitur, quod est scientia Dei famularus. Et loquitur secundum modum, quo Socrates dicebat omnes uirtutes esse scientias: & ad idem reducitur sanctitas, ut postea dicitur. Eucharistia autem est idem, quod bona gratia, quam Iulius ponit, sicut & uindicariam. Benignitas autem uidetur esse idem cum affectu, quem ponit Macrobius. Unde & Irido, dicit in lib. Etymol. quod benignus, est uir sponte ad bene faciendum paratus, & dulcis ad eloquium. Et ipse Andronicus dicit, quod benignitas est habitus uoluntarie benefactiuus. Liberalitas autem uidetur ad humanitatem pertinere.

AD QUINTVM dicendum, quod epicheia non ad iungitur iustitiæ particulari, sed legali: & uidetur esse idem cum ea, quæ dicta est cognominosa.

¶ Super Questionis octuagesime prime articulum primum.

QVAESTIO LXXXI.

De religione, in octo articulos diuisa.

In q. 81. artic. 1.

Nota quod quemadmodum in precedenti libro didicimus, peccatorum distinctio penes hoc, quod sunt in Deum, seipsum, proximum, reliquis dictionibus anteponitur. Attendendum enim non ad rationes, sed ad personas ipsas, in quas solas peccare contingit. Nullum namque peccatum est, si contra personam nullam est, cum solius intellectualis naturæ subsistentes res, quas personas dicimus, offendi possint. Ita inter uirtutes, quædam hominem perficiunt ad seipsum, ut temperantia: quædam ad proximum, uel iustitia: quædam ad Deum, uel religio. Quorū modis enim dicitur unum oppositorum, ut dicitur & reliquum. Religio ergo bonum reddit hominem, & opus eius in ordine ad Deum dicitur & proxime: quia hic est proximus finis eius, ut homo recte ad Deum se habeat, sicut temperantia proximus finis est, ut homo in seipso sobrius sit: & iustitia, ut proximo reddat quod suum est.

¶ In eodem articulo, circa derivationem uocabuli religionis, male consonant uiri illustres. Nam Cicero a relegendo libros dicitur in cultus. Lactantius a religando, nes Deo. Augustinus a relegendo Deum, quem dimissimus, religionis nomen deducit. Nec

¶ **D**EINDE considerandum est de singulis partibus prædictarum uirtutum, quantum ad præsentem intentionem pertinet. Et primo considerandum est de religione. Secundo, de pietate. Tertio, de obseruantia. Quarto, de gratia. Quinto, de uindicta. Sexto, de ueritate. Septimo, de amicitia. Octauo, de liberalitate. Nono, de epicheia. De alijs autem hic enumeratis, supra dictum est, partim in tractatu de charitate scilicet de concordia, & alijs huiusmodi: partim in hoc tractatu de iustitia, sicut de bona commutatione, & innocentia. De legispositiua autem in tractatu de prudentia.

CIRCA religionem uerò tria consideranda occurrunt.

Primo quidem, De ipsa religione, secundum se. Secundo, De actibus eius. Tertio, De uitijs oppositis.

CIRCA primum queruntur octo.

¶ Primo. Vtrum religio consistat tantum in ordine ad Deum.

¶ Secundo. Vtrum religio sit uirtus.

¶ Tertio. Vtrum religio sit una uirtus.

¶ Quarto. Vtrum religio sit specialis uirtus.

¶ Quinto. Vtrum religio sit uirtus theologica.

¶ Sexto. Vtrum religio sit præferenda alijs uirtutibus moralibus.

¶ Septimo. Vtrum religio habeat exteriores actus.

¶ Octauo. Vtrum religio sit eadem sanctitati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum religio ordinet hominem solum ad Deum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod religio non ordi-

net hominem solum ad Deum. Dicitur enim Iac. 1. Religio mundata, & immaculata apud Deum & patrem, hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo: sed uisitare uiduas, & pupillos dicitur secundum ordinem ad proximum. Quod autem dicit, Immaculatum se custodire ab hoc sæculo, pertinet ad ordinem, quo ordinatur homo in seipso, ergo religio non solum dicitur in ordine ad Deum.

¶ 2 Præter. Aug. dicit in 10. de ciuitate Dei, quia latina loquendi consuetudine non imperitorum tantum, uerum et doctissimorum, cognationibus humanis, atque afinitatibus, & quibuscumque necessitudinibus dicitur exhibenda religio, non eo uocabulo uirtutis ambiguum, cum de cultu diuinitatis uertitur questio, ut scilicet dicere ualeamus, religionem non esse, nisi cultum Dei, ergo religio dicitur, non solum in ordine ad Deum, sed etiam in ordine ad propinquos.

¶ 3 Præter. Ad religionem uirtutis latræ pertinet. Latræ enim interpretatur seruitus, ut Aug. dicit in 10. de ciuitate Dei. Scribere autem non solum debemus Deo, sed etiam proximis, secundum illud Gal. 5. Per charitatem spiritus seruire in uicem: ergo religio importat ordinem etiam ad proximum.

¶ 4 Præter. Ad religionem pertinet cultus: sed homo dicitur non solum colere Deum, sed etiam proximum, secundum illud Caroli, Cole parentes, ergo etiam religio nos ordinat ad proximum, & non solum ad Deum.

¶ 5 Præter. Omnes in statu salutis esse debent subiecti. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt. Non autem dicitur religio nisi in statu salutis, sed solum illi, qui quibusdam obseruantijs, & ad obediendum subiecti sunt.

SED CONTRA est, quod a Tullio dicitur, quod religio est quædam uirtus, nam uocant, quæ cultum, uel cetera continent.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit, religio est, qui tractat, & tanquam religio cultum diuinum pertinet. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Quamuis etiam possit intelligi religio a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum. Et sic religio dicitur a relegendo ea, quæ sunt diuina cultum diuinum.

g. sequenti. ar. 8. ioco antedicto.

lib. 10. Erymol. cap. 2. parâ a prin cip.

Nota quod quemadmodum in precedenti libro didicimus, peccatorum distinctio penes hoc, quod sunt in Deum, seipsum, proximum, reliquis dictionibus anteponitur.

Attendendum enim non ad rationes, sed ad personas ipsas, in quas solas peccare contingit.

Quorū modis enim dicitur unum oppositorum, ut dicitur & reliquum.

In eodem articulo, circa derivationem uocabuli religionis, male consonant uiri illustres.

inf. q. 94. art. 1. ad 1.